

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

A. v. Ω.

**DE QUIBUSDAM PESTIBUS STUDIORUM
ET BONÆ MENTIS**

DECLAMATIONES,

itemque sermonem *expositum*

ADOLESCENTIS HUMANISSIMI & BONÆ SPEI

**JO. GOTTFRID SCHV-
BARTI,**

ILEBURG.

ACADEMIAM, SUMMI NUMINIS AUSPICIO, ADITURI

vt

REI SCHOLASTICÆ ET LITTERARIAE AMPLIFICATORES
BENIGNISSIME AUDIRE VELINT,

ea, qua decet, obseruantia rogat

& argumentum

DE ADVULATIONE CÆSAREENSIVM

Act. XII.

persequitur

JO. GOTTFR. ZEISKE.

SORAVIAE,

Imprimebat Jo. Gottlieb Rothius Typograph. Aul. Promnit.

AK



Erodem Agrippam illustri ornatum habitu processisse in concionem nuper diximus: iam sedentem eum Lucas commonstrat *enī rē βῆματος*, loco quodam edito & ad verba pro concione facienda apto, cuiusmodi rostra Roma erant. Theatrum nominare satis habet Josephus; suggestum in theatro positum explicat Grotius, & maiestati regiae nostris moribus conuenientius Galli in nitidissima noui fuderis interpretatione, *s' affit sur un*

- c. 27. *wōne.* Nam quod vulgatus & Erasmus interpretati sunt, *sedis pro tribunali*,
19. eodem modo vt de Pilato ap. *Math.* & de Festo in *ad iis*; illud potius iudicis est
c. 25. & iurisdictionis conficienda, *vbi summotor aditus, praeco, accensio, more ro-*
6. *mano*) quam ludorum solennium & regis, cuius solum vox græca commode
denotare potest. Sedit autem ad eandem illam magnificantiam regiam signi-
ficandam, vt sedenti ius in atrio ficerdotum foli regi datum *Cuneus de rep.*
c. 14. Ebr. docet, vt J. Cæsar vniuersos P. C. sedens pro æde Veneris teste *Suetonio*
c. 27. excepte, vt statuas pontificum romanorum habitu sedentium effigi tradit
Mifflonius, luculente quæsiti in ipsis principes imperii argumento. Conse-
dit itaque Agrippa concionatus ad populum singularem quadam, vt Grotius
addit. facunda: nam huius iam ante non vulgaria ediderat specimina, ma-
xime cum Claudio ad regnum capessendum hortaretur, senatus rom. ad
molliora consilia fleteret, & milites prætorianos sacramento ad fidem adi-
1. 19. geret, quæ *Josephus* verbosius narrat. De quo arguento in fatali ista ora-
c. 3. tione verba fecerit, non constat, nec scire multum intereft: facile tamen est
conie&tu, idem hic locum habuisse, quod viri docti de Herodibus in vniuer-
suum annotarunt, omnes *actus suis in id direxisse*, partim vt *Cæsaribus*, partim vt
populo iudaico grati effeſſent. Niſi forte hoc addicendum, Agrippam, vt erat popu-
laris aura captator, Gracorum non minus quam Judæorum studia oratione ad
omnem humanitatem composta accendisse, totamque eam multitudinis auribus
accommodasse. Atque iste populus est, qui audito regis sermone in adula-
tionem progredivit; principium *facientibus aula effentatoribus*, vti Grotius
cenſet: quod non obscure Josephus indicat, cum perniciosos quidem adu-
latores generatim dicit, sed deinde correptam nimis sero a rege amicorum
adulationem refert. Vt autem regis purpuratos & iudaicæ originis & ex-
tranei generis fuſſe vero est simile: ita etiam turba miscellanea virtusque
firpis, vt solem multitudine rerum nouarum aida ad eiusmodi extraordinari-
os apparatus confluere, in concione stetisse videtur. Equidem ethnici
ciuitatem potius, quam iudaicam Cæsaream ab Herode conditam esse v. c.
Cellarius in geogr. ant. putat, cum sub bellum ultimum Cæsareenses ethnici
Judeos omnes apud se in vrbe habitantes interficerint. Et poterat fane vir
doctissimus certamen adducere, Felice iam præſide Cæsaream inter Syros &
Judeos, qui ibi permixti habitabant, ortum, num gentilium an Judæorum
effet ciuitas, his ad Herodem auctorem Judæum, illis ad statuas & fana, im-
mo & ad nomen turris Stratonis prouocantibus, in quo & postea Neronis
iudicio Judei causa cederunt. Ceterum numero Judeos alienigenis non
inferiores in illa vrbe fuſſe ex ipso Josepho colligimus, quibus si pares esse
vellent Syri, qui a Macedonum temporibus græco nomine cenſebantur,
bell. romanis auxiliis indiguerent, victoribus nihil minus Judeos. Immo *Josephus*
2. eo loco, quo internecinam Judæorum cladem extremis fere temporibus
Cæsareæ factam narrat, docet amplius viginti mille occisos esse, reliquos
fugæ se mandasse, at iterum in Flori manus incidisse: vnde de promiscua
Cæsareensium multitudine Agrippæ tempore ferri poterit iudicium. Hic
itaque populus regi lenocinaturus acclamat: *vos Dæ, non homini.* quod
iii.

interpretes Galli, quorum mentio iam facta est, reddiderunt sensum magis quam verba secuti: *c' est un Dicu, qui parle, & non pas un homme.* Neque erat, quod vulgatus & Ruffinus multitudinis numero hic vterentur: *DEI voces;* multo minus quod Jac. Lopes Stunica nescio quibus auctoritatibus fultus non *Qwñ* legi vellet, sed *Qwñ*, addita explicazione, *ea voce acclamaſſe, qua Deo acclamarent, non qua homini.* Destituit hominem codicum suffragium, deſtitutus vſus vocis *Qwñ*, quæ incertum an vſpiam, certe h. l. obieclum, quod artifices vocant, non norat, fed perfonam, cuius sermo eſt; deſtituit iactatum Eusebii & imprimiti ſophi testimonium. Scilicet *adversari* Stunicam abriput, cuius explicatio alioqui, cum regem adulatore a populo vocari Deum affirmet, parum, ſi rem ipsam ſpecies, a fententia Erasmi diſſert, vt qui ob ſuauitatem oris ac vocis regi diuinos honores tributos, recte arbitratur. Idem Erasmus rem illuſtrat Aenea virgiliani exemplo, qui ex voce cognoscit deam Venerem: quo loco in mente venit O. Ferrariorum adulatio, modeſtia cuiusdam velo obduca in *Christina abdicante*: *inaque, inquit,* *entis, cum poeta exclamare libert:*

*O quam te memorem virgo! namque hanc tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat.*

adicerem: O Dea certe, si id sanioris ſeculi disciplina pateretur. Illa vero opinio, quam Nic. Zegerus adducit, quafi populus *voca Dei* acclamauerit in uitione Herodis, non ſuperba hominis voci in adulacionem, ne micam, quidem boni ſenſus habet. & ab ipſa mente ſcriptoris diuini quam longiſſime abit. Si audias Syrum, quem Grotius & Gualperius citant, populus regi id genus diuini eloqui tribuit, quod *הָרָב בְּנֵי* Ebraicis vocabatur, quia vox velut ceſteſis echo habebatur, cum tonitu plerumque coniuncta, *vox*, vt Tre-melliū exponit, *cœlitus demissa, qua mortales de voluntate Dei admontantur.* Matthe. 3. quanquam rem totam fabulis annumerat in *horis ebraicis* Ligtoforus. Originum iudaicarum ſcriptor refert acclamasse *Θεὸν προστατευόντας* precatos que, vt adeffet propius, adhuc enim vt hominem veneratos, nunc agnoscere in eo *ερέπιτον η θυγέτην Φύρεων*, ex quo ſublegiſſe videtur Zacutus auctor prosapiarum apud Drufum, *fere, inquietus, deum vocarunt, & mox: ecce deus noster iſte eſt, in quo ſperauimus.* Equidem Grotio videtur Agrippam an-gelus a populo vocatus eſſe, qui fit mortal natura excellentiō, ſed hoc ſatis cauſa non eſt, cum & Lucas vocem *Θεοῦ* a populo vſurpatam, & gloriam Deo debitam ſibi arrogatę regem, ipſo Grotio non inſiciante, teſtetur. Accedit, quod rex apud Iofephum & deum & immortalem ſe perperam appellatum eſſe fateatur, & Iofephus impian adulacionem nominet, quod non adiuetur fakturus fuſſe, ſi cum Grotio de angelo affentatorum blanditiis accepifſet. Quod idem Grotius ad acta monet, non fuſſe Ebraicis morem reges deos appellare ob periculum vocā, cundā ferme circum populis reges partim vi-vos partim mortuos colentibus honore eo, qui diu erat proprius: *in collegio to-zo ſenatorum non idem fuſſe periculi: itaque eos non reges diuinos elohim;* id quorū pertineat, non video, niſi hoc ſibi velit, a gentilibus, non a Judæis deum vocatum eſſe. Enimvero Græcos & Judæos in promiscuo & ſpectaſſe & acclamasse veriſimile iam dixi, nec *Σῆμας* aliud ſuader: at Judæi magis contra legem diuinan quam aduersus conſuetudinem id factiſſe cenſendi ſunt, quia fane ſublimiori ſenſu, quam Deus magistratus elohim vocat, Agrippam deum appellarunt. Omnes autem, qui cum imperio ſunt, deos nuncupat facer codex, & nuncupandi, ſed ſuo modo, ius eo ipſo concedit, vt cum Theodoreto immo & Kimchio Drufus l. de elohim & alibi agnoſcit: quid? quod rex omnibus pontificibus maior, ſacrosanctaque & diuina maiestate praeditus habebatur, teste Cuneo. Contra iſtæ acclamatiōnes ho-

honorem Deo debitum homini ausu nefario tribuebant; vel ut Beausobrius & Infantius, ressentient le blasphème & l' idolatrie. Vbi idolatriam facile agnoscimus, quippe quæ id, quod diuinum non est pro diuino habet, ei- que honores diuinos & humano fastigio maiores tribuit. Sed cum acclama-
tio populi blasphemia dicitur, verbo vii videntur parum proprio & alienæ si-
gnificationis: quandoquidem blasphemia verum DEVUM sacrilego ore & im-
piis maledictis aggreditur, & contumelia maiestatem numinis afficit. Niſi
forte dicamus, hic quoque intercessione rapinam gloriarum diuinarum, quam omni-
l. 7. • no Dannhauerus noster in laeti catech. ad blasphemiam referit. nam multi-
tudo veneratione alios, quam debebat conuerſa, quantum in ipsa, immortalis
Deo honorem eripit. De gentibus id minus mirum, quæ reges suos deo-
rum titulo ornabant, peruvigata apotheoseos consuetudine, de qua ex instituto
viri doctissimi Cl. Nicatius. J. B. Menckenius, Dan. Mullerus, vt Beckmannus de
diuinitate principum, de titulis principum diuinis Morhofius atq; alięgerunt.
2. 16. At Iudeos hoc facinus committere tanto magis pudore debuit, quibus Josepho
9. iudice, per leges patrias non licet viros principes ea ratione obseruare, cum
potiore rationem pietatis habere debeant: vnde olim magno animo de-
trectauerant statu & templis acupari magni Herodis gratiam, & turpi
adulatione insana glorioſi regis cupiditati velificari. Nunc flagrio reli-
quorum absipiuntur, & per vanifimos titulos & immoderatae aſſectionis
licentiam, quod de suo tempore conqueritur Paſtianus in arcadicis, cele-
ſtium numero hominum inferunt. quibus quidem adulatoribus merito ali-
quis Callisthenes occinat: scilicet ego & tu Cleo, deos facimus & nobis diuini-
tatis tua autoritatem accepturus es rex! vt a Cæſareenibus accepturus erat
Agrrippa verbo impio: Corin. Oct. Nos ad Provoꝝ adolescentum quorundam
ſedulorum benevolos lectores vocamus, qui de virtutis quibusdam in ea etate
frequentibus, impedimentis ſtudiorum peſſibusque bone mentis, exemplo Dor-
nauii, Morhoffii & aliorum acturi sunt. Ab ignauia capiet exordium Theo-
doret. Christian. Buſe, Colon. March. latina orat; de contumacia & dedignatione
parendi aget ferm. germ. Jo. Georg. Weigel, Sor; de ardelionatu ſeu
erga filia (ita Edm. Richerius vocat) Wolff Henr. a Rothkirch, Eq. Sil. latine;
de ſodalitio flagitiosorum Christian. Frider. Finger, Sor. germanice. Tum ne-
glectum ſubſidiorum inſectabitur lat. Georg. Frider. Pirscher, Sommerfeld. Luf; intemperantiam germanice Fridericus Josephi, Cofſenbl. Luf. superbiam
lat. Carolus Dietericus a Buxdorff. Eq. Luf; infantiam ludendi german. Jo. Sa-
muel Braun, Neofstad. Sil; impietatem denique orat. lat. Jo. Gotfr. Schubart,
Heb. Et cum Schubartus academiam, maiora que ſituros adjumenta doctrinæ
adire conſtituerit, fermone patro ſimil ludo noſtro vale vltimum dicet, cui
diſceſsum gratulabitur Georg. Maſchke, Sor. odenque germ. quam Daniel
Pithius, Furſtenberg. Mecklenburg. compoſuit, commitmilites decantabunt.
Ipſum candidatum, amplius tres annos in palæſtra noſtra verſatum, ab omni-
bus virtutis, de quibus agimus, alienum, & nauitatis, morum ad capienda pre-
cepta moſiiorum, probitatisque laude bonis omnibus commendandum in-
curriculo ceptio ſtrene progredi iubemus, DEVUMque obteſtāmur, vt pre-
fens ſuo numine atque auxilio optimi iuuenis destinata adiuuet! Ceterum
eos omnes, quibus cum humanitate aliquid intercedit commercii, qui non
omnino ſatidio quodam & fatigante a ſchola abalienati ſunt, rogamus quia
humanismi, vt adere, & animis linguisque litterarie iuuentus exer-
citionibus fauere velint. P. P. Sorauie x. kal. octobr.

clu id CC XXX.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



gb.

KOT

Ratio



A nai Ω.

**DE QUIBUSDAM PESTIBUS STUDIORUM
ET BONÆ MENTIS
DECLAMATIONES,**

itemque sermonem ἀποβατίριον

ADOLESCENTIS HUMANISSIMI & BONÆ SPEI

**TFRID SCHV-
ARTI,**

ILEBURG.

MI NUMINIS AUSPICIO, ADITURI
vtT LITTERARIAE AMPLIFICATORES
SIME AUDIRE VELINT,decet, obseruantia rogat
& argumentum

TIONE CÆSAREENSIVM

Act. XII.

persequitur
OTTFR. ZEISKE.SORAVIÆ,
eb Rothius, Typograph. Aul. Promnit.**Farbkarte #13**